

## **Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 21. Ad validam susceptionem Sacramentorum Baptismi,  
Poenitentiæ, Extremæ Unctionis & Matrimonii, requiritur positivus  
consensus adulti suscipientis. An etiam ad validam susceptionem ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

# Amor ad Deum per Sacra menta perducens.

31

## C A P U T X X I.

*Ad validam susceptionem Sacramentorum Baptismi, Paenitentia, Extreme Unctionis & Matrimonii, requiruntur positivus consensus adulteri suscipiens. An etiam ad validam susceptionem Confirmationis & Ordinis, necnon ad fructuosa susceptionem Eucharistie & controvertitur.*

218 **G**lossa in caput soles de Consecr. dist. 4. & in cap. maiores de Baptismo, docuit validum esse Baptismi Sacramentum, suscepit ab eo qui corde dissentit, modo ore dicat se consentire. Sed glossam hanc Gregorius XIII. deleri jussit. Et oppositum Innoc. IV. in citato capite maiores de Baptismo declaravit, dicens, quod ille qui penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscepit Sacramenti. Nec hoc restringit ad eum, qui ore contradicit, ut constat ex verbis sequentibus: Tunc ergo characterem sacramentalis imprimat operatio, cum obicem voluntaria contraria non inventis obseruent. Enimvero si invitus & voluntate contradicens validè baptizaretur, ad jurisdictionem ecclesiasticam perineret. Unde ad servandam regulam Fidei Christianae forent ab Ecclesia rationabiliter compellendi. Verum id est Religioni Christianae contrarium, ut semper invitatus, & penitus contradicens, ad recipiendam & servandam Christianitatem aliquis compellatur. Hactenus laudatus Pontifex.

219 Cujus haec declaratio an divinâ fide tenenda sit, abit ut negem. Video tamen aliquos negare dicentes cum Bellarmine l. 4. de Pontifice c. 14. multa esse in Decretalibus Pontificum quae non faciunt rem in illis determinatam esse de fide, sed solum declarant de rebus determinatis opinionem Pontificum, quam in praxi oporteat sequi. Neque enim ( ait Tannerus dip. 1. de fide q. 4. dub. 6. ) hoc ipso quo Pontifex suam aut alterius sententiam, seu doctrinam, in jure canonico reposit, eam illuc autoritate definit, ut reddat Bannez. Atque ut Melchior Canus obser- vavit l. 6. de locis c. 8. ad 6. respondent sepe Pontifices ad privatas busus aut illius Episcopi questiones, suam opinionem de rebus propositis explicando, non sententiam ferendo, quâ obligare velint ad credendum. Et lib. 5. cap. .... non statim, si quidquam in juris canonici volumine continetur, fide divinâ esse credendum. Quod paulò post probat: quia Decretales nonnullas confusat à Posterioribus meliori consilio revocatas, quando non ex firme decreto, sed ex Pontificio opinione prodiuerunt. Sic cap. hæc de sponsa duorum Alexander III. resolvit matrimonium, scilicet contractum, non dirimi per subsequens consummatum, quavis interim aliter à Prædeceßoribus nostris sit aliquando iudicatum. Et confirmant ex prefatione Gregorii. Papæ in libros Decretalium, quâ declarat eas in unum compilatas, ut iis Judices uterentur in iudicis, & Scholarès in scholis; non univerterim ut Fidei Catholice normam flaterunt omnibus fidelibus.

220 Sed quidquid de eo sit, tunc latenter videntur Pontifices authoritatib[us] definire, & sententiam ferre, cum determinant quidpiam esse de fide, tamquam determinationem reponunt in canonico iure. Quod in præsentí questione videtur contingere. Siquidem Innocentius in prefatione citati canonio declarat, Episcopum Arelatensem Petri Sedem ( ad quam maiores causas, præsertim articulos fidei, confiasse referendas ) super quibusdam questionibus, quas contra Catholicos hereticis moverant, recte consuluisse. Inter istas vero quæstiones, præsentem determinat Pontifex, & determinando declarat esse de fide, sive de Christiana

Religione, quod nullus invitatus eum pellendus sit ad observandam regulam Fidei Christianæ: nullus proinde in Ecclesiæ subditum adscribitur per baptismum, nisi volens, si ratione & voluntate utatur. Et hoc est quod Augustinus can. cum è multis de Consecr. dist. 4. ait, neminem renasci ex aqua & Spiritu sancto nisi volenter. Et ratio est, tum quia baptismus est quedam Fidei Christianæ profissio ( idem namque baptismus à SS. Petribus vocatur *Sacramentum fidei*: ) sicut ergo fidem nemo recipit nisi volens; ita nec fidei Sacramentum. Tum quia sicut divina providentia, quæ suavit omnia disponit, non vult quemquam ratione utentem iustificari & salvare nisi velit; ita non vult quemquam ratione utentem, de non subdito, fieri Ecclesiæ subditum, deque non Christiano Christianum, nisi velit, prout ex Majorum traditione laudatus Pontifex declaravit. Unde ad hoc ut dormientes & amentes characterem suscipiant Sacramenti, requirit hanc conditionem: si prius Catechumeni sufficiunt, & habuissent proprie- tum baptizandi. Et in Concilio Carthaginensi III. c. 34. necnon in Araucano I. cap. 12. dicitur agrotos esse baptizandos, si tamen sua voluntatis praecedentes habuerint testimonium.

Quod autem nullus ratione utens iustificetur, 221 nisi velit, constat ex Tridentino fest. 6. c. 7. di- cente, iustificationem esse renovationem interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae & do- norum. Necnon ex eo quod Innocentius IV. ca- nonem citato definit, *actualē, quod consensu con- strabitur, fine consensu minime relaxari.*

Propterea non placet sententia Cajetani, Lc. 222 de fide, nostri Stephani à sancto Paulo, aliorumque opinantium, ad validum Baptismum ratione utentis, sufficere quod Baptismum non sufficiat invitus, sed passiū se habeat, sive quod advertens Baptismum sibi conferri non refutat. Quia ex intentione Christi, nobis per altata fundamenta innotescere, ad validum Baptismum ratione utentis requiritur consensus verus & positivus, sicut implicitus. Taciturnitas vero, seu non resistentia baptizati, alii adminiculis non suffulta, neque consentium verum significat, neque disensem. Siquidem qui tacet non fateatur, sed neque unique negare videtur. Reg. 44. juris in leto. Neque ex sola taciturnitate & non resistentia inducitur gravissima obligatio ducenti vitam christianam, ut ex multis legibus ostendit Fagnanus ad cap. tue littera de Cler. per salt. promot. n. 54. Nec denique passiū te habens magis centetur, etiam fictio ne juris, consentire in Sacramentum, quam in nudam corporis ablutionem. Si vero adulto def- set intentio suscipiendi Sacramentum ( ait S. Thom. q. 68. a. 7. ad 2. ) effe rebaptizandus.

Hactenus de contentu ad Baptismum requisito. 223 Quod etiam necessarius sit ad validam receptionem Matrimonii, manifestum est ex eo quod sit contractus, qui non perficitur nisi mutuo contra- hentium consenserit.

Neque id minus manifestum est de Penitentia. 224 Utpote cujus partes materiales sunt actus proprii & voluntarii ipsiusme penitentis. Nec mirum, quia peccatum *actualē, quod consensu contrabitur*, atque in hoc Sacramento clavibus subjicitur, *fine consensu minime relaxatur*, ut dicitur laudato cap. maiores. Et hinc concluditur, idem dicendum de Sacramento Extreme Unctionis, utpote instituto ad ablergandas condonandasque reliquias pecca- torum.

Major est difficultas de Sacramento Ordinis. 225 Siquidem invitatos validè ordinari, Morinus, aliique graves Authores ab ipso relati docent, & id ipsum varia argumenta suadent, nullumque occurrit argumentum efficaciter dissuadens. Et pri- mum quidem argumentum pro valida ordinatio-

ne hominis invitum, sumitur ex can. 33. penitentiali, ubi sic: *Ei iiscopus qui ordinat, sine iusta causa, Clericum invitum, sive reclamantem, vel penitus invitum* (nota ly penitus invitum, quo confutantur glossantes, de invito secundum quid) *absolutè suspenditur uno anno*. Si invalida foret talis ordinatio, rem tanti momenti canon non subiiciet, nec tacite innuiscet, ex iusta causa id fieri posse, dum solam inviti ordinacionem, *sine iusta causa*, punivit: cum tamen omnem inviti ordinacionem punire debuisset, si invalidam confuisset.

226 Argumentum secundum sumitur ex can. ubi ista dicisti, ubi Simplicius Papa validè, licet illicite, ordinatum agnoscer Fratrem & Coepiscopum nostrum, ut sit, Gregorium, licet invitum. Neque enim ipsum Fratrem & Coepiscopum vocaret, nisi valide ordinatum agnoscere.

227 Argumentum tertium suppedant varia exempla Sanctorum, qui invitatos ordinaverunt. Quomodo S. Epiphanius invitum ordinavit Paulinianum fratrem D. Hieronymi, de quo Baronius ad annum 392. post D. Hieronymum epist. 60. Item S. Flavianus, Patriarcha Constantinopolitanus, invitum ordinavit Macedonium, Anachoretam sanctum, sed ex imprimita ignorante quid circa se ageretur: *Cum* (inquit Theodoretus in Monastica Historia c. 13.) *peracta liturgia illi quidam hoc indicasse* (ignorabat enim proorsus, quid egisset) *primum quidam convicis, verbisque aperis proficit universos, deinde acceptos, quo innixus propter veniam incedebat, baculo. Ponitatem ipsum ac alios qui aderant, infuscet usq. Prorsus ergo invitus ordinatus est.*

228 Argumentum quartum petitur ex eo quod plurimi sancti viri sibi ipsi pollicem, vel aliud membrum abscederint, ne ordinarentur Episcopi, vel Presbyteri. Quos inter Ammonius (apud Sozomenum lib. 8. c. 7.) videns alios velle ipsum in Episcopum promovere, nec valens eos sermonibus avertere, sibi propriam abscedit aurem, dicens: *Jam ne volens quidam potero ordinari: cùmque nec sic averterentur, juravit, etiam lingua absclitum, si vim interterent inferre. Ad quæ extrema Sancti non recurribant, h' foto diffensu, resisteatque voluntatis irritam reddi ordinacionem suam credidissent.*

229 Argumentum quinum petitur à ratione: quemadmodum enim nullus quidam invitus fieri potest Religiosus; factus tamen Religiosus potest invitatus fieri Abbas, vel Prior. Sic nullus baptizatus, nec ecclesiasticae iurisdictioni subjici potest invitatus; semel tamen baptizatus, atque ecclesiasticae iurisdictioni subjectus, potest ab eo invitus fieri Sacerdos, Episcopus, &c. dum id Ecclesia necessarium judicialiter pro communi bono malorum. Neque enim Ecclesia minorem in subditos habet potestatem, quam Rex, vel Princeps secularis, qui invitatos constitutere potest Officiarios regni sui.

230 Quia tamen ex simili ordinatione gravis oriri possunt inconvenientia, similes ordinationes regulariter illicitae sunt, nec permittunt, nisi ex gravi causa, uti colligitur ex citato canone 33. penitentiali.

231 Superest ut aliquid de Confirmatione dicamus, sicut & de fructuosa divina Eucharistie susceptione. De quibus nonnullis videatur rationem esse alter stancendi, quam statutus communis opinio Doctorum, pro is, sicut & pro aliis, requirentium positivum consensum. Enimvero positivare requiritur devotio ad fructuosam divinam Eucharistie mandationem: igitur & positiva voluntas eam suscipiendo. Paucique probatur opinio eu-judicata recentioris h'c disp. 4. dub. 4. existimantis adulterum, si iustus fuerit, receptum gratiam Eucharisticam, si casu recipere hostiam consecra-

tam pro non consecrata, vel consecrata ipsi dormienti intrudere. Tametsi enim talis Eucharistiam materialiter sumat, non sumit sacramentaliter. Quia non sumit ut rem sacram (quomodo sumit vult Christus) sed perinde ac si fumeret profanam. Quod respectu adulorum non sufficit ad mandationem fructuosam. Quod si fructuose eam manducet in phrenesim actus, id est quia ante phrenesim eam ut rem sacram desideravit pro cau' necessitatis. Non sic iustus, de quo proxime. Neque enim bonus Catholicus, requiritus an vellet sine devotione recipere hostiam consecratam pro non consecrata, vel an vellet eam in somno recipere, seclusa omni necessitate, responderet affirmativè; sed statim diceret, abit: vellem enim eam debita cum præparatione ac devotione recipere.

## C A P U T X X I I .

*Ad licitam receptionem Sacramenti vivorum, statu' gratia usque adeo requiritur, ut sacrilegum committat, quicunque dispositione pro grata habitualiter comparanda necessariam sciente omittit, etiam in casu quo necessitas non concedit tempus comparande contritioni necessariam.*

L udovicus Scildere in Thesi de Sacramentis 232 anno 1648. Lovani propugnata, inter alias propositiones, meritò dispendentes, hanc statut: *Peccat sacrilegio mortali, qui dispositionem progratia habituali accipienda requiritam omittit: nisi quando summa necessitas contritioni tempus non permetteret. Quam propositionem licet nuperime tecatur Didacus de Oropoga in confutatione libelli anonymi pag. 25. Merito tamen eam diffidere dixi. 1.º. quis obligatio non recipiendi Sacramentum vivorum in statu peccati mortalis, sic est de jure divino & naturali, ut necessitas, qua non concedit tempus requiritum ad gratiam habitualem comparandam, aliquando quidem dispenset à Sacramenti receptione, sed non permitat illud recipere indignè, id est absque debita dispositione.*

2.º. quia proposito illa januam aperit innumeris sacrilegii impiorum, qui sumnam sibi necessitatem, temporisque defectum facile persuadent ad Sacramenta absque debita dispositione recipienda. Neque enim casus ille necessitatis, contritioni tempus non permittens, metaphysicus est, vel moraliter impossibilis. Cum & Ioseph Confessoris copia destit, nec perfecta contritionis, immo nec sufficientis attritionis actus, ordinarie momentu comparetur ab iis qui in horrendum factus incidentur, vel aliunde peccando se grata indignos reddiderunt, quibus interim non raro vel communicandi necessitas occurrit, v.g. ad vitandum infamiam, vel celebrandi in die felto, ac parochiani Sacrum omittant, &c.

Sed & casus, in quo patroni illius propositionis 233 fundant, moraliter illius casus possibiliter offendit. Quid enim (inquit) de Sacerdote, qui videt hereticos concubituos sacram hostiam, vel in cloacam projectos, nisi eas statim deglutiat? numquid in hoc saltem casu currere potest proposito?

Respondeo negativè. Quia alienam irreverentiam prævenire non licet per irreverentiam propriam, praesertim aquæ vel magis gravem. Neque enim minor est irreverentia, sciente communicare in statu peccati mortalis, quam sacram hostiam concelecare, vel in cloacam projectare. Quia in tali statu communicans sacram hostiam projectat in cloacam interiorum cordis; sicut, quæ apud Deum magis ficta est, quam cloaca exterior.

## CAPUT